



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quando commutari pœnitentia debeat, par. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

etiam sine causa; quia sicuti fuit  
in eius arbitrio (intellige ratio-  
nabili) illam ponere; ita &  
illam commutare; cum una-  
quæque res per easdem causas,  
per quas nascitur, per easdem  
dissolvatur; sed cum petitur  
commutatio ab alio Confessa-  
rio; requiri causam, modo jam  
dicto.

§ 4.

*Quando commutari Pœnitentia  
debeat.*

25 **S**Vperest jam quærerere quã-  
do fieri debet talis com-  
mutatio: in ipsane secunda con-  
fessione; an possit extra confes-  
sionem?

In quo certum sit, eundem  
Confessarium, posse etiam post a *Salas,*  
longissimum tempus; a *Ratio quem cit.*  
est, quia talis commutatio, cum *sequiturq;*  
pertineat ad idem iudicium ejus. *De Lug.*  
dem Confessoris; semper fa- *de pœn d. 2*  
ciet unum cum præterita con- *sec. 6. n. III*  
fessione; atque adeo censetur & *III.*



pertinere ad idem Sacramentum, & fieri intra illud, ut evenit in satisfactione, quæ exhibitæ post longum tempus, facit unum cum præcedente Confessione.

*b. De Lug.  
de pœn. d.  
25. sec 6.  
n. 110.*

26 De alio, seu secundo Confessario, certum sit non posse extra Confessionem commutare pœnitentiam ab alio injunctam. Ratio est, quia Sacerdos non est Iudex, nec ullam habet potestatem, nisi dum est in hoc tribunali: sed nullo modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sacramentum: ergo, &c.

*c. Item ib.*

17 Dices: At votum commutari potest, & absolutio à Censuris fieri item potest; extra Sacramentum. Respondeo posse quidem, quia id dependet solum à potestate, quam habet Summus Pontifex, quamque aliquando communicat aliis: at commutatio procedit ex potestate sacramentali, ut dictum est.

LIBER